

um
-I
rio-
nte

nd
nt

SUPPLEMENTUM

EDITORIS MONITUM.

AD exitum iam properabat huius Operis impressio, cum Celeberrimus IO. ALBERTUS EULERUS Auctoris nostri filius, & Petropolitanae Academiae a secretis, datis ad Cl. Matheos Sublimioris Professore GREGORIUM FONTANAM litteris, a quo fuerat hac de re officiose rogatus, magni Parentis sui Dissertationem ineditam, eamque oppido eximiam & numeris omnibus absolutam ad nos misit, cuius titulus est: *Dilucidationes in Capita postrema Calculi mei Differentialis de Functionibus Inexplicabilibus.*

C'est avec bien de plaisir (inquit Cl. IO. ALBERTUS in ea epistola Petropoli die 18 Decembris anni proxime elapsi 1787 exarata), *que je vous envoie la copie ci-jointe du Mémoire de feu mon Père sur les Fonctions Inexplicables, que votre Ami & Elève souhaite de faire entrer dans la nouvelle édition qu'il va publier du Calcul Différentiel. Je vous l'aurois expédié plus tôt sans la grande difficulté &c....* Haec autem una est ex centum octoginta tribus Dissertationibus posthumis, quas immortalis LEONARDUS Petropolitanae Academiae moriens reliquit, & in eius Commentariis deinceps edendas legavit.

Nihil porro nobis optabilius contingere poterat, quam ut nova haec Euleriani Operis editio tam opportuno, tam-
que

que excellenti additamento locupletaretur, & hoc saltem nomine Berolinensi praestaret. Itaque Dissertationem ipsam continuo hic imprimi curavimus, ut Adnotationes post eandem sequentes, quasi post lautissimas epulas vilius obsonium, indulgentius haberentur. Nosram interim de te benemerendi voluntatem Lector benevole, aequi bonique consule, fave conatibus nostris, & vale.

I
I
C
ne
ma
nit
ide
fer
ref
hi
*
er
lic
te
fu
de
ci
M
cu
pe
M
M
M
M
M